

## CAELVM V - DE SEMINARIIS

Seminaria simul habebuntur **Martis/Iovis/Saturni diebus** (16:30–18:00 et 18:30-20:00 h).  
Discipuli nomen dabunt singulis seminariis in tabellis post orationem aditalem commodatis.

MARTIS D., 22	Participes	Gradus	Moderator	Lingua	Res tractanda
Seminarium I	numero ad 40	Omnes	Marius Díaz	Graece/ Hispanice	Rationes linguae Graecae tradendae ( <b>prima pars</b> )
	numero ad 25	Omnes	Antonius Cantudo	Hispanice	De ludis scaenicis agendis ( <b>prima pars</b> )
Seminarium III	numero ad 25	Omnes	Aemilius Canales	Hispanice	De probationibus in lyceis proponendis ( <b>prima pars</b> )
Seminarium IV	numero ad 25	Atrium (B) et Palatium (C)	Avitus	Latine	Vergilius iuxta Latinos ( <b>prima pars</b> )
Seminarium V	numero ad 25	Omnes	Alexander Veronensis	Latine	De numeris et modis musicis in carminibus Graecis Latinisque
Seminarium VI	numero ad 25	Ianua (A) et Atrium (B)	Georgius Tárrega	Latine	De arte scribendi

IOVIS D., 24	Participes	Gradus	Moderator	Lingua	Res tractanda
Seminarium I	numero ad 40	Omnes	Marius Díaz	Graece/ Hispanice	Rationes linguae Graecae tradendae ( <b>secunda pars</b> )
	numero ad 25	Omnes	Antonius Cantudo	Hispanice	De ludis scaenicis agendis ( <b>secunda pars</b> )
Seminarium III	numero ad 25	Omnes	Aemilius Canales	Hispanice	De probationibus in lyceis proponendis ( <b>secunda pars</b> )
Seminarium IV	numero ad 25	Atrium (B) et Palatium (C)	Avitus	Latine	Vergilius iuxta Latinos ( <b>secunda pars</b> )
Seminarium V	numero ad 25	Ianua (A) et Atrium (B)	Andreas Antunes	Latine	Descriptio imaginum fabularum antiquarum
Seminarium VI	numero ad 25	Omnes	Iustus Bailey	Latine	De arte discipulos de ipsorum moribus sententiisque ita percontandi

SATURNI D., 26	Participes	Gradus	Moderator	Lingua	Res tractanda
<b>Seminarium I</b>	numero ad 40	Omnes	Marius Díaz	Graece/ Hispanice	Rationes linguae Graecae tradendae ( <b>tertia pars</b> )
<b>Seminarium II</b>	numero ad 25	Omnes	Antonius Cantudo	Hispanice	De ludis scaenicis agendis ( <b>tertia pars</b> )
<b>Seminarium III</b>	numero ad 25	Ianua (A) et Atrium (B)	Antonius G. Amador	Latine/ Hispanice	De ludis ad scholas conficiendis: <i>Kahoot</i>
<b>Seminarium IV</b>	numero ad 25	Omnes	Casparius Porton	Latine	Quare necesse sit Ovidium (et ceteros auctores) auribus legere
<b>Seminarium V</b>	numero ad 25	Atrium (B) et Palatium (C)	Robertus Carfagni	Latine	Praestatne fortuna an virtus? Leonis Baptistae Alberti lepida fabella
<b>Seminarium VI</b>	numero ad 25	Atrium (B) et Palatium (C)	David González	Latine	De Terentio

#### **“De ludis scaenicis agendis” ab Antonio Cantudo**

Illius, quod participibus CAELI commodabitur, operis (sc. “Decem Fabulae”) postquam quaedam legerimus capitula, personarum, ut speramus, excitabimus colloquia itemque monstrabimus quatenus res scaenicae non solum rationibus docendi auxilio esse possint maximo, quin etiam subsidio discipulis et incitamento summo. Nomen uero daturis suademus ut quas libri fabulas antehac euoluant, quo facilius aggrediamur seminarium.

#### **“De probationibus” ab Aemilio Canales**

Hoc seminarium dicatur iis praesertim magistris qui novisse volunt quomodo possint recte existimare scientiam discipulorum cotidie utentium methodo *Lingua Latina*. Quod seminarium duas in partes est divisum, quarum altera (Martis die) monstrabuntur probationes primi Gradus (quae pertinent ad ESO et primum cursum Baccalaureati), altera uero (Iovis die) secundi Gradus probationes (in quibus in animo est quam celerrime pervenire ad auctores classicos, Caesarem scilicet, Ciceronem, cet.)

#### **“Rationes linguae Graecae tradendae” a Mario Díaz**

El Seminario de Griego antiguo tendrá 4 horas y media de duración, impartándose a lo largo de tres jornadas: martes, jueves y sábado, de 16:30 a 18:00 h (primer turno) y de 18:30 a 20:00 h (segundo turno).

Se utilizará el método directo, aplicando la metodología de una lengua actual, como es el griego moderno, a la enseñanza del griego clásico.

A través de los textos del manual “*Alexandros, Tò Ἑλληνικὸν παιδίον*”, adaptación del método “*A Greek Boy at Home*” de W. H. D. Rouse (1909), un niño griego de la población de Acarnas nos adentra en la lengua griega de forma gradual, tanto a través de su vida privada, como de la cultura e historia de la antigua Hélade, mientras se trabajan las cuatro competencias básicas de comunicación de una lengua.

### **“De ludis ad scholas conficiendis: Kahoot” ab Antonio G. Amador**

*Ludere et discere:* In hoc seminario varios lepidos ludos, a nonnullis magistris confectos in pagina retiali c.n. *Kahoot!*, ad docendam linguam Latinam discipulos qui scholas primi cursus Bacchalaureati aut ESO monstrabimus.

Participibus huius seminarii opus erit computatro et telephono gestabili.

### **“De arte scribendi” a Georgio Tárrega**

*Nulla dies sine linea.* Legere, audire, loqui... et scribere sunt facultates, quas si exercemus, progredimur in notitia linguae. Quare volumus hoc in seminario, tironibus deputato, quaedam consilia iacere, ut etiam rudimenta scribendi tractemus. Imitemur Ciceronem, imitemur Plinium, qui plurimas epistulas nobis tradiderunt.

### **“Descriptio imaginum fabularum antiquarum” ab Andrea Antunes**

Hoc in seminario discipulis erit, visis fabularum tabulis pictis seu imaginibus, magna voce et ex tempore describere, adiuvante magistro, quidquid appareatur. Consilium est exercere facultatem attente Latine reddendi quid circa nos sit. Dum discipulus colligit verba, apparebunt ei vincula inter spatium describendum personasque in eo agentes eodem tempore atque accuratius intellet quomodo ipsa Lingua Latina quidquid visum sit enucleate

### **“De numeris et modis musicis in carminibus Graecis Latinisve” ab Alexandro Conti**

A Pythagora usque ad gregem Tyrtarion, de numeris et modis musicis Latinis Graecisque, et quam utile et iucundum sit canere in scholis nostris. Ceterum dabitur locus una canendi, ad voces canoras participum ostendendas.

### **“De arte discipulos interrogandi” a Iusto Slocum Bailey**

Tractabuntur rationes discipulos de ipsorum vita, moribus, opinionibus ita percontandi, ut et studium et intellectus linguae litterarumque colatur. Ostendetur quemadmodum scita interrogatio augeat cum cognitionem elementorum linguae Latinae, tum facultatem cuiusvis loci legendi. Multa exempla secuti participes se in hac arte interrogandi exercebunt.

### **“Praestatne fortuna an virtus? Leonis Baptistae Alberti lepida fabella” a Roberto Carfagni**

In hoc seminario non solum lepidam Leonis Baptistae Alberti, qui italus humanista fuit multarum rerum peritus, de virtute ac fortuna fabellam legemus, verum etiam quandam tabulam pictam describemus ac, si tempus suppeditabit, brevem orantiunculam scribemus.

### **“Quare necesse sit Ovidium (et ceteros auctores) auribus legere” a Caspario Porton**

Propositum est duas fabulas ex Ovidii Metamorphoseon libris depromptas una legere, audire, explanare atque plura de stylo Ovidii, de versibus recitandis, de sonorum imitationibus addiscere. Legamus Ovidium auribus!

### **“Vergilius juxta Latinos” ab A. Gratio Avito**

«Vergilí Búcolicórum Eclogæ VI duóbus sémináriis studébimus penitus. Prímó quidem (Parte I) legémus scílicet úná et recitábimus, at præsertim fórmam significátiónésque scrútábimur et generátim et singillátim. Secundó véró (Parte II) in rés incumbémus ipsás hujus míræ eclogæ intellegendás atque interpretandás. Quæ ut faciámus omnia attenté conferémus commentáriós Latínós (Serví, De la Cerda, cétt.) ac criticam analysim exercébimus cum intrátectuálem tum intertextuálem. Séminária erunt pléné participátiva.»